

## Franckesche Stiftungen zu Halle

### **Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos**

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis  
Epistolas Commentariivs

**Manuzio, Paolo**

**Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX**

**VD18 90852230**

Epistolae XIV.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

## EPISTOLAE XIV.

## A R G V M E N T V M.

*Duas ad Ciceronem Luceius consolatorias misit epistolas; et utri-  
que Cicero respondit. Luceii prior desideratur; Ciceronis utraque  
exstat. In hac quaerit primum causam Luceius, cur ab urbe Cicero  
absit; laudat, si solitudinem sequitur, ut otio ad scribendum abundet;  
non probat, si moeroris causa, ob filiae mortem suscepti: deinde ra-  
tiones, cur dolori finem facere debeat, subiungit. ad rationes postre-  
mo preces addit, sibi ut hoc tribuat roganti, ne diutius angatur.  
Claudit epistolam amoris et modestiae significatio. Eodem anno scripta.*

## E X P L A N A T I O.

*Quam discesseras*] Cur hoc men-  
dosum suspicari quidam sint,  
quibus placuisse video, *quam dis-*  
*cesserit*, non equidem intelligo;  
praesertim cum antiqui omnes li-  
bri, quibus quidem ego nunc utor,  
cum vulgata lectione consentiant.

*Hinc*] Ab urbe.

*Solitudine*] In quam se post obi-  
tum filiae Cicero contulerat. Lib.  
12 ad Attic. epist. 13. *Me haec so-*  
*litude minus stimulat, quam ista*  
*celebritas. te vnum desidero; sed*  
*litteris non difficilius utor, quam*  
*si domi essem: ardet tamen ille ur-*  
*get et manet, non mehercule indul-*  
*gente me; sed tamen non repugnan-*  
*te.* Et ibidem, epist. 14. 15. 16.  
18. 21. 22.

*Cum scribas*] Scripsit in solitu-  
dine librum de Consolatione ad se  
ipsum. scripsit etiam libros quin-  
que de Finibus: quod utrumque  
ex epistolis ad Atticum intelligitur.

*Quorum consuesti*] Quorum ali-  
quid agere consuesti. Graeca figura.

*Lacrimis et tristitia*] Fletus et  
moeror dolentis animi signa sunt.  
quae tamen saepe ratio minuit, in-  
terdum etiam plane tollit. propter-  
ea Ciceronem hortatur Luceius,

ut a lacrumis tristitiaque absti-  
neat.

*Non possum te non, si concedis*] In  
vulgatis libris, *nec possum*. ma-  
lui, *non possum*, ut habent omnes  
antiqui libri. alterum *non*, quod  
refertur ad verbum *accusare*, paul-  
lo videtur durius. verum in anti-  
quorum scriptis, unde haurimus  
veritatem Latinae linguae, excu-  
sanda omnia, non omnia tamen  
imitanda. quamquam hic veterum  
librorum dissensio nonnullam men-  
di suspicionem affert. alii enim  
habent, *non possum te, nam si con-*  
*cedis: alii, non possum te, si non*  
*concedis: alii, non possum te, nam*  
*si non concedis.*

*Aperta non videbis*] Quid enim  
apertius, quam, nihil profici que-  
relis?

*Duplicari*] Augetur enim dolor  
retractando.

*Vel nostram communem*] Vel  
ita vive, ut vivamus omnes: vel, si  
nostram consuetudinem imitari non  
vis, vive saltem, ut solebas ipse;  
sequere eam consuetudinem, quae  
tua solius ac propria fuit, ut ab isto  
angore te liberares.

Y

Tuam

*Tuam solius*] Sic pro Q. Roscio  
2. 1. Paulo ante M. Perpernae,  
P. Saturii tabulas poscebamus:  
nunc tuas, C. Fanni Chaerea, so-  
lius flagitamus. Liuius lib. 2. c. 8.  
Gratae in vulgus leges fuere, quas  
cum solus pertulisset, vt sua vnus  
in his gratia esset; tum deinde co-  
mitia collegae subrogando habuit.

*Propriam*] Si non impetro, vt  
ad communem, saltem, vt ad tuam  
consuetudinem redeas, et peto, et  
impetrare debeo.

*Studio*] Minuendi doloris tui  
cupiditate.

*Contrariae*] Nam neque plura  
scribo, ne te obtundam: et plura  
tamen libenter scriberem, ne per-  
maneres in incepto, id est, ne susce-  
ptum dolorem diutius ferres. For-  
tasse autem dixit, cupio non obtun-  
dere te, quod alteris iam litteris  
antea consolatus erat.

*In altera*] In hoc studio meo  
leuandi doloris tui.

*In altera*] Quod hortor et rogo,  
vt istis te molestiis laxes.

*Non offendas*] Offendere quin-  
que modis accipitur. Aut enim  
est laedere: quae notissima signifi-  
catio est: propterea superfedebam  
exemplis. Aut reperire: vt lib. 1.  
epist. 9. Non offendes eundem bo-  
norum sensum, Lentule, quem ve-  
liquisti. Et lib. 4. epist. 14. Ego  
tam misero tempore nihil noui con-  
siliū cepissem, nisi in reditu meo ni-  
hilo meliores res domesticas, quam  
republicam offendissem. Aut in-  
cidere: vt lib. 2. de Inuent. c. 2.  
Quod si in ceteris quoque studiis a

multis eligere homines commodis-  
simum quodque, quam sese vni ali-  
cui certo vellent addicere, minus in  
arrogantiam offenderent. Aut pec-  
care, vel aliquid committere, vnde  
existimationis, honoris, beneuolen-  
tiae iactura fiat: vt lib. 1. epist. 7.  
Si cecidisset vt volumus et optamus,  
omnes te et sapienter et fortiter;  
sin aliquid esset offensum, eossem  
illos, et cupide et temere fecisse, di-  
cturos. Et lib. 2. epist. 18. Si di-  
gnum se maioribus suis praebueris,  
(vt spero, et opto,) tua laus ex ali-  
qua parte fuerit. sin quid offende-  
rit, sibi totum, nihil tibi offenderit.  
Et lib. 10. ad Attic. epist. 4. Eum-  
que perturbatum, quod intelligeret,  
se apud ipsam plebem offendisse de  
aerario. Et pro Cluentio c. 23.  
Qui bis apud eos indices offendis-  
set. Aut passiue sumitur: quae  
minus nota significatio est. non  
enim est hic, offendas, pro pecces,  
vt credidit homo doctus, exemplis  
adductus alio spectantibus, sed pro  
offendaris. quod ipse probat Cice-  
ro. nam lib. 1. ad Q. Fr. epist. 1.  
Si quis est, inquit, in quo iam of-  
fenderis, de quo aliquid senseris;  
huic nihil credideris, nullam par-  
tem existimationis tuae commiseris.  
Lib. 1. in Ver. c. 25. Hospes lani-  
tor, qui nihil suspicaretur, veritus,  
ne quid in ipso se offenderit, humi-  
nem summa vi retinere coepit. Et  
Caesar lib. 2. de bell. ciu. c. 32.  
At, credo, si Caesarem probaris,  
in me offenditis. Quae si atten-  
dantur, profecto patiendi vim po-  
tius habere videbuntur, quam  
agendi.